



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cogitationes, Sive Considerationes Christianae Pro singulis Anni diebus

Complectens Aprilem, Majum, Junium

Nepveu, François

Monachii, 1709

Dies 16. De patientia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60514)

Aprilis

DIES XVI.

De Patientia.

I.

Patientia, inquit S. Iacobus, opus est hominis perfecti, cum ipsum ad omnes virtutes exercendas impellat, ei que pretium suum tribuat. Homo patiens nihil experitur, nisi molestias, nihil videt, nisi cruces; sed inter hæc omnia intuetur Deum, & in persecutoris iniquitate, in

inimici crudelitate, agnoscit justitiam, & benignitatem Dei, cujus iste persecutor, & inimicus non est nisi instrumentum.

Quanta fides! Deus ipse videtur aliquoties ejus oblivisci; is tamen etiam tunc sperat, cum maximam desperandi causam habere videtur. *In spem contra spem.* Quanta fi-

ducia! sed ipsemet Deus illum persequitur, & affligit: nihil refert; nam Deum etiam tunc, cum ei non nisi malum facere videtur; amat, & percutienti manum osculatur. Quanta charitas! quam aliena ab omni proprio commodo agendi ratio! nihil præter rigorem, & austeritatem erga se videt; & ei se submittit, eumque adorat; quanta submissio! ejus mala, ut vi-

Rom. 4. 18.

D

de

Aprilis.

50

Considerationes Christianæ

derur, omnem excedunt modum; sed ubi peccatorum suorum, & inferni, quem meritus est, recordatur, ea levia esse censer. Quanta humilitas! offert se ad plura etiam toleranda. Quanta animi generositas?

II. Hi animi sensus hominis in medio maximarum calamitarum patientis quantum Deo conciliant honorem? quantum etiam ipsimet afferunt patienti? Deus bonus est, inquit, ideoque nihil mali inferre mihi potest: id, quod malum mihi videtur; hac ipsa de causa, quod à Deo mihi obveniat, bonum est. Is est infinite sapiens; & idcirco videt, quidquid accidere mihi potest; multoque melius, quam ego, novit, quid mihi conveniat. Est omnipotens, proinde nihil ipsi facilius est, quam hisce me malis eripere, vel ab ijs, quæ mihi imminet, custodire: Est misericors; ideò nihil magis cupit, quam miseris solatium afferre, eorumque miseris subvenire. Plenus est tenerrima in me charitate; si his malis me non liberet, id eò fit, quod ipse hæc mala consideret, ut verè mihi bona. An non igitur repugnante licet natura, & falsis rationis humanæ luminibus, cogitationes meas ipsius voluntati accomodare debeo? suntne isti animi tui sensus? ita sentit homo patientis

tiens. Et ita sentire debet verus Chri-
stianus.

III. Quantopere Dei cum electis suis
agendi ratio, cum eos ad exercendam eo-
rum patientiam periclitatur, conspicuam
reddit ipsius gloriam! quantopere omnia
ipsius attributa patefacit! hic eos ducendi
modus, ipsius prodit iustitiam: Deus, in-
quit Apostolus, justos affligit, ut eis an-
sam præbeat judiciorum suorum rigorem
experiendi: si enim hac ratione filios suos
tractat, quid expectandum mancipijs dia-
boli, supremi Numinis inimicis? in hac a-
gendi ratione apparet ipsius sanctitas; nam
si aurum purissimum igne purgandum est,
quid tractari ferrum debet? in ea elucet Dei
sapientia, dum in nihilum redigere vi-
detur electos, ut eos glorificet; dum eos
deprimit, ut in sublime tollat, ut eos per
depressiones ad gloriam, & per calamitates
ad felicitatem perducatur. Denique se pro-
dit ipsius potentia, dum è nihili tenebris,
ad quas justos detrussisse videbatur, mira
omnino prodigia gratiæ, & eminentissimæ
sanctitatis profert.

*Si patientia tantam Deo gloriam, & homini
patientiam meritum affert, quanta gloria Deum,
quantis meritis teipsum per impatientias tuas
non privas?*

Aprilis

Patientia autem probationem operatur:
probatio spem; spes autem non confundit.
Rom 5. v. 5.

Ignis apponitur, palea uritur, aurum
probatur. *S. Aug.*

DIES XVII.

De Amore Dei.

I.

Quemadmodum bonum necessario a-
mamus, sic imperare nobis non pos-
sumus, quin amemus eos, qui bonum no-
bis faciunt. Quam igitur fieri potest, ut
Deum non amemus, qui tot, tantisque bo-
nis nos cumulat? ea quidem acceptare,
fruique, nec tamen ea comprehendere,
& numerare valemus. Necessarium fo-
ret, Creaturarum inire numerum; quarum
nulla invenitur, quæ nostrâ causâ facta
non sit; &, quod consequens est, in no-
stram non cedat utilitatem, eaque re ad
Deum amandum nos obliget. Cælum,
& terra; mi Deus, omnesque Creaturæ ipsæ
contentæ, teste S. Augustino, indefinen-
ter mihi clamant, quod te amare teneat.
Sed proh dolor! ad omnes has voces
surdus sum; necessarium foret, omnia vitæ

na